



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Societas

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

qui in beneficio, nec si aliquo ignorante, aut contradicente in Ordine suo commissã est Simonia.

* Simoniacus realis in ordine, & beneficio est ipso iure excommunicatus, *Navar. l. c. num. 11.* * Suspensus *Nav. c. vers. sexto.*

13 Simoniacus per ignorantiam non incurrit excommunicationem.

* Si ignorantia talis sit, quæ excuset, probabilis, scilicet facti *Nav. c. 17. nu. 16.*

Vide Lopez p. 2. c. 45. Vitz. de excom. q. 8. Sot. d. 22. q. 1. art. 2.

Societas, vide Hereditas.

1 **I**N societate qui plus ponit, plus debet habere lucris; qui autem posita pecuniæ solum partis periculum subit, eius tantum debet habere lucrum: reliquum enim intelligitur mutuatum.

* De Societate *Lopez de contract. l. 1. à c. 61. Sot. l. 6. q. 6. ab art. 1. Tol. l. 5. c. 41. Navar. c. 17. à nu. 251. Caiet. & D. Tho. 2. 2. q. 78. Garz. c. 41. Mol. ad. 411. Couar. l. 3. var. Bannes q. 78. art. 4.*

* *Vide Tol. Nav. nu. 252. l. c. Mol. d. 416.*

2 Societas in dubio intelligitur contracta secundum consuetudinem.

* *Mol. l. c. nu. 2. Lopez l. c. c. 64.*

3 In pacto quòd sit commune damnum capitalis, intelligitur quòd etiam lucrum sit commune: itaque quòd superest capitali, in fine
inter

inter vtrumque diuidendum. *Vide Mol.l.c.

4 Damnum ponentis operas debet esse cōmune, si societas fuit eius causa propinqua, vt est lucrum, cuius societas causa: debent enim expensæ de corpore societatis fieri eius causa proficiscenti.

*Vide Mol.l.c. d. 417. Debent. Vide Mol.d. 418.

5 Dissoluta societate (dissoluitur autē vnus socij morte, aut perduto capitali ferè toto) nisi aliud sit conuentum, reddito capitali ei qui p osuit, solutisque debitis factis ab aliquo nomine societatis, lucrum pro rata diuidendū.

*Vide Lopez cap. 67.

Dissoluitur. Vide Mol.d. 414. Lopez l.c.

6 Societates Officiorum Romæ solitæ fieri, non possunt fieri vltra valorem officiorum. Ex Pio Quarto. *Vide Tol.l.c. cap. 40.

De societate animalium Lopez, c. vlt. Mol. 420. Garz. l.c.

De societate vide Bullam Sixti V. Detestabilis; quam refert etiam Phil. p. 2. Sodomia.

Sodomia, vide Luxuria.

SORTES.

1 **S**ortes ex causa licent in temporalibus electionibus, non in Ecclesiasticis.

*Vide Caiet. vers. Sors, Fu. eod. nu. 1. 3. D. Tb. 2. 2. q. 95. art. 8. Azor. l. 9. c. 20. Lopez l. 2. c. 23. Mol. d. 509. Garziam c. 44.

* Non